



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

LII. Mulier surda & muta & audiendi & loquendi facultatem recipit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

ipſi, quām omnibus eum intuentibus, impossibile videretur. Vnde, quod ab homine fieri desperabat, ab eo, cui nihil est difficile, sed ſolus restaurat vniuersa, per Beati HEINRICI patrocinium, fide firma, ſpe ſolida, quarens; cuius misericordia ianuam fletibus affiduis, ieuniis crebris pulsauit, & tandem in formam pristini gressus reſtitui meruit.

## C A P V T L I I .

*Mulier ſurda & muta & audiendi & loquendi facultatem recipit.*

**N**pago quodam miliari uno à Merleburgensi caſtro diſtante, mulier ſurda & muta ab exordio na- tivitatis ſuæ, à propinquis & ciuibus, miſericor- dia ſinu fouebatur. A quibus, ad Eccleſiam per- ducta, nutribus & ſignis, quibus erga eam uti poſſible fuit, ante beati Confessoris reliquias prona ſterni iubebatur. Sed illa iumento inſipienti ſimilis, pro ſe nil rogarē nouerat; vel quod eſſent reliquiae, aut quid gereretur, penitus neſciebat: cui ta- men fidelium pro ſalute eius in commune ſupplicantium o- ratio, fidesq; ſubueniebat, & per Beati HEINRICI ſuffragia, ut ipſa poſtea teſtabatur, in utroq; corporis officio reformari meruit ex integro,

## C A P V T L I I I .

*Ignis urens, ſed non comburens.*

**V**m excubia ſacrae à fidelibus circa theſaurum in- comparabilem ſine intermiſſione fierent, ita ut aliis recedentibus, aliis venientibus, die no[n] aūq; fores Eccleſia non clauderentur, cuſtos Eccleſiae; inter oues, lupos, ſub vellere ouium latentes, non facile agno- ſci conſiderans, auferri furtim reliquias metuebat. Ad quod p̄r̄cauendum ex quadris lapidibus, factō ſati habili recon- ditorio, eas in illo locauit. Cui etiam oſtiolum ex pinoo, quod, cauſa poſcente, claudi & aperiri poſſet, imposuit. Nocte ergo quādam, infra Curſum, matutinū lumen incautius eidem ap-

H 3

ponens.

